

Hermann Lembke

Programma Quo Prorektor Universitatis Rostochiensis Hermannus Schuckman, Theol. D. Professor ... Ad Exequias Quas Filio ... Dn. Ernesto Cothmanno, Iuris Studioso ... Parens, moestissimus Collega noster, Vir ... Dn. Johannes Cothman, Theol. D. Prof. ... Hodie ad horam primam in templo Jacobaeo paratas cupit. Cives academicos officiose ac peramanter invitat : [P.P. Rostochii sub sigillo Academiae, die 23. Augusti, Anno 1650. ...]


Rostochii: Kilius, [1650]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434768>

Druck Freier  Zugang



34
Schuckman, H.,
in E. Cothmann.
R. (1650.)



PROGRAMMA

Quo

PRORECTOR

Universitatis Rostochiensis

HERMANNUS SCHUCKMAN,

Theol. D. Professor & Facultatis

p. ti Decanus

Ad Exequias

Quas Filio suo natu maximo

Ornatissimo ac Literatiss. JUVENI

DN. ERNESTO
COTHMANNO,

Juris Studioso solerti ac industrio,

Parens, moestissimus Collega noster,

Vir pl. Reverendus Clariss. & Excellentiss.

DN. JOHANNES COTHMAN,

Theol. D. Prof. Facultatis Senior, & hoc tem-

pore Academix hujus Rector Magnificus

*Matris ad horam primam in templo Jacobaeo
paratas cupit.*



Academicos officiosè ac peraman-
ter invitat.

•S(O)S•

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

37



Antè funera nemi-
nem esse beatum, Soloni
facile largimur, utpotè confi-
deranti varias easq; incertas
temporariæ fortunæ vices :
Neq; n. ex se ad aliam, quàm
quæ naturæ & rationi subje-
cta est, felicitatem penetrare
potuit. Edocti verò volunta-
tem DEI. ex verbo patefacto, quemlibet Christia-
norum, quisquis fuerit non nomine sed re talis, non so-
lum post, sed & antè funera verè beatum pronunciamus.
*Beati, quorum remissa sunt transgressiones & quorum obiecta
sunt peccata. Beatus vir, cui non imputarit Dominus iniquita-
tem, & cuius spiritui non inest dolus. Beatus, qui non ambulat
in consilio impiorum: sed in lege Domini meditatur die ac nocte,*
hoc est, qui normam habet vitæ & conversationis suæ,
solum verbum DEI, non doctrinam, non verba, non
exempla malorum. Et quis illud Pauli : *Spe salvi facti su-
mus* : quis illum Beatitudinis Catalogum ignorat? quem
Servator noster texuit, octo classibus distinctum; refe-
rendo nempè in eum, pauperes spiritu, lugentes, mites,
esurientes & sitientes iustitiam, misericordes, mundos
corde, pacificos, eos deniq; qui persecutionem patiun-
tur. Tantum proindè abest, ut ex DEO genitus beati-
tudinem suam futuro eventui committere, ut eam quam
proximè præsentem tenere ac venerari debeat. Et mi-
serè

1182

ferè profectò cum illo homine agitur, qui se esse non agnoscit. Tametsi interim plenum beatitudinis sensum, usum & fructum, futuræ vitæ reservari, & pias mentes tum demum extrà omnem periculû metum collocari, cum benè ac feliciter temporali vitâ excedunt, minimè negamus. Et hanc ipsam beatitudinis summam nobiscum gratulabuntur Literatissimo atq; humanissimo Juveni Dn. ERNESTO COTHMANN O, qui morbi mortisq; ejus spectatores fuerunt, deq; constanti in Christum fide, quâ vitam hanc clausit, testimonium perhibere potuerunt. Nos, quæ accepimus de vitâ ornatissimi Juvenis, ab exordio usq; ad exitum, eo, quo par est, honoris officio, quoad Programma capit, referemus. Prodiit in lucem piè defunctus ERNESTUS COTHMAN, Juris, dum vivebat, studiosus solers ac industrius, celeberrimo Jcto. Dn. ERNESTO COTHMANN O, p. m. Cancellario Meckelnburgico & Antecessori Academiæ hujus eminentissimo, cognominis; Rostochij, Anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo, die 13. Junij, horâ nocturnâ Decima; Patre natus, Viro plur. Reverendo, Clariss. & Excellentissimo, Dn. JOHANN E COTHMANN O, S. S. Theolog. Doctore, Professore, Facultatis Seniore, & hoc tempore Universitatis nostræ Rectore Magnifico; Matre CATHARINA Arnimbs/ fæminâ honestatis ac virtutum laude conspicuâ. Avum paternum habuit Hervordicæ in Westphaliâ, venerabilem virum Dn. LUDOLPHUM COTHMANNUM, ibidem ad S. Johannis & Dionysij, ut vocant, Canonicum & Scholast. Aviam paternam CATHARINAM Dichthofes / Fœminam pietatis studiosam, rei q; familiaris in Oeconomia peritissimam, Proavum

paternum HERMANNUM COTHMAN-
NUM. Præpositum Schilcensem. Avus illius maternus
fuit MATTHIAS Arnimb/ Civis Rostochiensis, Avia
materna ANNA Elers/honorata matrona. Proavus
Maternus ELIAS Arnimb/Pastor Duppertinensis. His
ortus majoribus, cum esset caro de carne, utpotè conce-
ptus & genitus in peccato, regeneratur ex aquâ & Spiri-
tus, atq; in foedus cum Deo per Baptismum recipitur. Ad-
hibitâ deinceps, ubi videretur disciplinæ capax, educa-
tione honestâ, non obscura pietatis ac modestiæ signa,
puer ostendit. Annum cum attingisset duodecimum, mit-
titur ad urbem Westphaliæ non ignobilem, Hervordi-
am, Parentis sui patriam, & ibi humaniori literaturæ,
cujus fundamenta apud nos jecerat, operam porrò na-
vat per triennium. Revocatus inde anno 1643. Logicæ
cum primis, ut & Ethicæ atq; Politicæ studia, in hac Uni-
versitate sedulò tractat. Missus abhinc ad Gryphiswal-
densem Academiam, annum in istâ cum semestri exigit.
Patriæ postea redditus, cum animum excolendæ Juris-
prudentiæ dedisset, noluit in amplissimo isto studio se-
gnis deprehendi. Quærit ergò sibi Juris tam publici
quàm privati scientiam, ex distinctis Collegiis, quibus
corpore pariter & animo præsens fuit, operam ad hæc
& præsidium præstantibus, Viro amplissimo, Consul-
tissimo & Excellentiss. DN. JOACHIMO SCHNO-
BELIO, J. U. D. ante in hac Academiâ Professore,
Publ. Collegâ nostro desideratissimo, nunc Reipublicæ
Sedinensis Syndico gravissimo, nec non Dn. HER-
MANNO Sembken/ J. U. Licentiato, Affine no-
stro colendo, & CUNRADO Schuckman/ Docto-
rando, Fratrem nostro dilecto; apud quos spectatæ in-
dustriæ

983

dustria & expeditæ promptitudinis, quam publicè privatumq; opponendo, & quæ docebantur celeriter excipiendo, probavit, laudem habet. In publicam quoq; Respondentium Cathedram, nisi morte ex Dei placito præventus, producturus brevi fuisset Disputationem Juridicam, cui describendæ morbo jam correptus, manum admoveere contendit. Testem laudamus Contubernalem ejus, ab eruditione & ingenuâ modestiâ non immeritò commendandum Virum - Juvenem DN. HEINRICUM RUDOLPHUM Redefern/ J. U. Candidatum, qui pie defuncto Dn. ERNESTO COTHMANNO, toto præsertim morbi tempore constanter adhæsit, & amoris sui, quo efflictim eum complexus fuit, ægrotanti fideliter dies noctesq; quæ ad curam facere videbantur, ministrando, eidemq; moribundo sacras preces, sententias & dicta Scripturæ consolatoria suggerendo, ad ipsam usq; mortem, quod in honorem illius exponendum fuit, maxima documenta dedit. Sed ut redeamus ad piè defunctum, quò ille, amplio rem de se messem promisit, cum ad majora subindè adspiraret, eò opinione citius cecidit, vel potius ab imperfectione (quid enim aliud omnis mortalium vita est) ad perfectionem, quæ cælestium propria, transiit. Conqueri cœpit, indè à semestri spacio, de membrorū lassitudine, ad quâ, cū paulatim magis magisq; se proderet, accessit die 14. Augusti, Passio Colica, quæ decumbentis corpus interdium noctuq; tam miserabiliter excruciauit, ut dolorum asperitas ipsis adstantibus horrorem incuteret, eosq; ad insignem condolentiam moveret. Et quamvis non deessent remedia, morbi tamen vis tanta fuit, ut Excellentissimorum atq; experientif-

rientissimorum Virorum Dn. JOACHIMI STOCK-
MANNI, & Dn. STEPHANI SCHULTETI, Me-
dicinæ Doctorum ac Professorum, Collegarum nostro-
rum honorandorum, arte, studio ac sollicitudine expu-
gnari minimè posset. Quid faceret hic æger? Conver-
tit sese ad medicum animæ, Dominum & servatorem no-
stram Jesum Christum, cujus nomen, miserationem &
opem, quemadmodum Mœstissimi Dn, Parentis & Con-
tubernalis relatio probat, non semel imploravit. Pastus
corpore & sanguine Dominico, adeoq; optimo ad abi-
tum viatico instructus, quod Reverendi & Clarissimi
viri DN. M. CHRISTIANI MICHAELIS,
Pastoris ad S. Jacobi, amici nostri colendi ministerio ac-
ceperat, hæc verba subjecit. Ach Gott laß mich nun
bald sterben / weil ich in dieser Andacht bin. Quic-
quid supererat temporis, datum est piis precibus, quas &
ipse recitavit, & ab aliis recitatas, devotè sibi applica-
vit. Testantur id eloquia in agone prolata; Der Herr
Jesus hält mich bey der Hand vnd führet mich in
das ewige Paradies / ist bin ich im Paradies. Et
paulò post, cum affaretur, extenso simul brachio,
adstantes. Sehet da stehen die Engeln Gottes vnd
führen mich nach den Wunden Christi. Hæc & ho-
rum similia prolocutus, etiam dictâ, tam iis qui præ-
sentes erant, quam absentibus, cum primis Professoribus,
Verbi divini ministris, agnatis item & cognatis suis
Gustroviensibus, aliisq; quorum non paucos nomina-
tim expressit, salute plurimâ, inter preces & suspiria,
die 20. Augusti, circa septimam vespertinam piè obdor-
mivit,


984
mivit, Habetis hic, *Academici*, beatæ emigrationis exemplum. Cogitate, talia à DEO non frustra sed eum in finem vobis superstitibus, cujuscunq; estis ætatis aut conditionis, ob oculos statui, ut maturè, abjectis vanitatibus, sapere & superna anhelare discatis. Quæ si quis spreverit his illisvè argumentis admonitus, non est quod sibi beatam polliceatur clausulam. Judicia Domini sunt inscrutabilia & viæ ejus impervestigabiles! Cæterum, cum facile intelligamus, moestissimum Dn. Parentem ex obitu natu maximi & ad summa quæq; contendenti filij gravissimo dolore affici, precamur eidem gratiam Spiritus spontanei, nec aliud solatij nunc dicimus, quàm quod ipse sibi ex felicissimâ filij migratione capit. Saltim nostrum erit, Cives Academici, exequias piè defuncti frequenti comitatu decorare, & sic etiam nonnihil levaminis dolori paterno afferre. Date, hochonoris Magnifico Dn. Rectori. Date civi & commilitoni quondam vestro, nunc æternitatis Candidato. Inter eundem & in omni deinceps vitæ cursu illud meditari maximè expedit. Nempè, *officium hominis Christiani in hoc versari, ut talis inveniatur quolibet momento, qualem se esse cupit in ultimo.* Et hoc Gregorii.

„ Qui considerat, qualis erit in morte, semperq;
„ pavidus erit in operatione, atq; indè in oculis
„ sui Conditoris vivet. Nil quod transeat, appetit,
„ cunctis vitæ præsentis desideriiis contradicit,
„ & penè mortuum se considerat; quia moriturum se minimè ignorat; Perfecta enim vita
est

est mortis meditatio, quam dum iusti sollicitè
peragunt, culparum laqueos evadunt. Et ho-
ram quidem ultimam idcirco Dominus noster
nobis voluit esse incognitam, ut semper possit
esse suspecta, ut dum illam prævidere non pos-
sumus, ad illam sine intermissione propere-
mus. P. P. Rostochij sub sigillo Academiae,
die 23. Augusti, Anno 1650. Jubilæo tri-
cesimo tertio.

Conventus fiet in æde S. Jacobi
hodiè horâ primâ,







mivit, Habetis hic, *Academici*, be-
exemplum. Cogitate, talia à DEC
cum in finem vobis superstitibus, cujus
tis aut conditionis, ob oculos statui, ut
vanitatibus, sapere & superna anhelare
quis spreverit his illisvè argumentis ad
quod sibi beatam polliceatur clausulam
ni sunt inscrutabilia & vice ejus imperv
terum, cum facile intelligamus, moest
rentem ex obitu natu maximi & ad fun
tendentis filij gravissimo dolore affici,
gratiam Spiritus spontanei, nec aliud f
mus, quàm quod ipse sibi ex felicissim
ne capit. Saltim nostrum erit, Cives &
quias piè defuncti frequenti comitatu
etiam nonnihil levaminis dolori pateri
hochonoris Magnifico Dn. Rectori. D
militoni quondam vestro, nunc æter
to. Inter eund n & in omni deinceps
meditari maximè expedit. Nempè, *o*
Christiani in hoc versari, ut talis in v
momento, qualem se esse cupit in ultim
gorii.

„ Qui considerat, qualis erit in m
„ pavidus erit in operatione, atq;
„ sui Conditoris vivet. Nil quod
„ tit, cunctis vitæ præsentis deside
„ cit, & penè mortuum se confide
„ turum se minimè ignorat; Per

984
ionis
a fed
æra
lectis
uæ si
n est
omi
Cæ
. Pa
con
idem
dici
atio
exe
& sic
Date
om
dida
illud
minis
libet
Gre
erq;
culis
ppe
radi
mori
vita
est

